



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Capvt II. De Voluntario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Hanc excusationem libens amplector, sed doctrinam non
hinc rationem periculi, vel ratione inde terminationis. Non
ratione periculi, siquidem non ferè semper, nec frequenter,
qui concupiscit puellam alicujus conditionis, v.g. solu-
am, concupiscit conjugiam, vel Dedicam, quod est
peccatum majus, quam sit solum concupiscere. Quod
autem ad constituendum culpam ratione periculi sit na-
turaliter ferè semper, vel certe frequenter cadere, dixi-
mus *Opusc. Meth. conf. lib. 3. cap. 3. §. 1.* Nec ratione in-
determinationis, quia cum hic supponatur ignorare sta-
tum, vel à statu abstrahere, contra statum non peccat.
Adde copulam generis erit illa culpa? Primum enim stu-
peat, an adulterij, an potius sacrilegij? Secundò: an
primo erit, an generis inordinati. Primum esse
certum? Tertiò, an generis inordinati de uno, quam de
non potest, cum non sit major ratio de uno, quam de
alio. Secundum est difficile creditu; quia voluntarium
non est, quod est incognitum. Tertium denique videtur
potius fingi, quam probari.

14. Puto igitur esse peccatum simpliciter fornicationis.
De ratio est, quia licet non habeat circumstantiam forni-
cationis, per quam constituitur Fornicatio simplex ut
ne solute, per quam constituitur Fornicatio simplex ut
si habet tamen totum illud malitiam, quod moralis judi-
cio continet simplex dicta fornicatio, & nihil amplius;
id autem in rebus moralibus ad culpam notionem co-
gnoscendas, seu constituendas satis est.

15. Fateor interim in confessione aperienda esse,
concupitam fuisse à te mulierem, cuius statum ignoras,
vel puellam in communi. Id autem non ob rationem
Sanchez, quæ nobis non arrisit, sed quia, ut dõquimus
Opusc. Meth. conf. lib. 2. cap. 1. §. 1. n. 6. in simili sic di-
cas, non explicas peccatum quod commisisti, sed aliud,
quod non commisisti: quod esse mentiri in confessione
in re gravi. Si enim diceret concupivi solutam, vel con-
cupivi conjugatam, &c. non verè diceret, si quidem tu
nec solutam concupivisti, nec matrimonio ligatam, sed
abstraxisti ab utraque.

16. Dices, fatebor me concupivisse feminarum. Respon-
deo vel confessarius ex circumstantiis percipit te in fe-
minam indeterminatam oculos mentis concessisse, ut si
sciat te esse advenam in hac civitate, teque concupivisse
feminas, quæcumque obviant tibi fuere, ac propterea in-
cognitas, & sic jam servatur postea monitum, vel non per-
cipit, & tunc vel ille obligatur interrogare, vel tu rem
explicare, ut sciat: An femina concupita fuerit con-
tracta ad conditionem conjugij, vel voti, nec ne.

Morale ratione conscientia erroris scandali, & unionis plu-
rium venialium, & nullius.

17. Si quod est tantum veniale, putet quis per con-
scientiam errantem esse mortale, mortale erit. Item si
quis leve quid agat, v.g. jocosè mentiatur, intendens qui-
dam alterius spirituale, est similiter morale ratione
scandali: sed de præter agemus infra c. 3. §. 2. de postero-
re diximus *Opusc. Meth. conf. lib. 2. c. 1. §. 1. 7.*

18. Denique si quis multa venialia unibilia ad malum
grave committat, graviter peccat: accedit in furto per
modica, & in nonnullis aliis materijs: de qua re ea, quæ
per occasionem diximus supra §. 3. a. num. 15. satis super-
que pro præsentis disputatione sunt.

CAPUT II.

De Voluntario.

§. I. Quid sit Voluntarium.

1. Voluntarium latè sumptum, seu actio latè volun-
taria (quo pacto etiam vocatur spontanea, con-
veniens item brutis) est, quæ procedit à principio in-
telleco cognoscente singula: ita Aristot. 3. *Eth. cap. 1.*

S. Thom. 2. 2. q. 6. *art. 1.* & Theologi communiter. Co-
gnoscunt enim Bruta per suas potentias sensitivas con-
venientiam, vel disconvenientiam aliquarum rerum, v.g.
cibi, vel fustigationis, eamque spontaneè prosequuntur,
fugientve.

2. Liberum autem, seu actio libera, (quo pacto erit
stricta, & magis propriè voluntaria, & differens à spon-
tanea, convenientem solum creaturæ ratione utenti, & præ-
necessaria ad peccatum) est, quæ procedit quidem à
prædicto principio cognoscente singula, sed ita, ut sit
in potestate agentis illam actionem facere, vel non, ita
Azor. lib. 1. c. 3. q. 4. & passim, v.g. Homo, dum per volun-
tatem amat bona delectabilia, (quæ per operationem
intellectus, seu rationis, ut talia cognoscit) ita amat, ut
pollutare, & possit non amare. Si amet igitur, vel si
non amet, voluntariè ea velle, vel nolle dicendus erit.
Nunc vides voluntarium latè sumptum esse magis latè
patens, quàm liberum: omne enim liberum est volunta-
rium, non verò contra: fateor tamen apud Autores hæc
sæpè confundi.

3. Adverte ipsam actionem, v.g. prosecutionem boni
delectabilis cibi, dici voluntariam, ipsam verò bonum
delectabile, v.g. cibum, dici volitum, seu objectum volu-
tum, & consequenter diserte voluntarium à volito, licet
& hæc non raro confundant Autores.

4. Rursus adverte potentiam illam à qua immediatè
procedit talis prosecutio, esse, & appellari in homine vo-
luntatem: quæ etiam vocatur appetitus rationalis, quia
regi solet ratione: in brutis verò invenitur appetitus,
qui appellatur sensitivus, quia regitur à potentijs sensiti-
vis. Quoniam verò homo aliquando operatur ex ratio-
ne, aliquando verò, more brutorum, ex appetitu sensiti-
vo, idè illi non solum competit liberè operari, sed etiam
operari spontaneè, ut faciunt bruta, & consequenter non
raro sine peccato.

5. Verum quæ regula in discernendi? sit hujusmodi
si actio ab homine fiat ex advertentia rationis, quod tunc
est, quando ratio considerat bonum & malum, honestum
& inhonestum, si inquam ita fiat, erit actio voluntaria
libera, & consequenter actio virtutis, vel vitij, vocabi-
turque propriè actio humana, quatenus scilicet est ab
homine, ut homo est. Si autem non fiat ex advertentia
rationis, sed subito quodam motu animi, absque eo quod
ratio consideret honestum, vel inhonestum, & cilla non
erit voluntaria libera, nec actus virtutis, & vitij, nec digna
præmio vel pœna, vocabiturque quidem actio hominis,
non verò actio humana, cuius conditionis esse motus
primos innuimus supra §. 3. num. 27.

§. II. Quotplex sit Voluntarium.

1. Duplex est. Aliud directè seu in se, aliud indirectè,
& in aliò, seu in causa. Directè in se voluntariè
amas, v.g. vinum, cum illud volens, bibis: at verò indi-
rectè, & in causa amas pollutionem, vel homicidium,
dum videns, quod vinum usque ad ebrietatem bibens,
pollutionem in ebrietate patiens, vel homicidium in ea-
dem patris, adhuc tamen bibis. Dixi (dum videns, &c.)
nisi enim præcognoscas effectum ex illa causa te sus-
cepta, securum, v.g. homicidium ab ebrietate, non di-
cetur, ne indirectè quidem ille effectus tibi voluntarius,
sed dicetur esse merè per accidens: & consequenter non
imputabitur tibi ad peccatum: sicuti, quia avis non præ-
vidit se capiendam ex appulsi in viscum, captio illi vo-
luntaria non est.

2. Illud adverte, ad hoc ut tibi aliquid sit indirectè
voluntarium, necesse esse, ut elegeris aliquam actionem,
vel omissionem, quæ tibi sit directè voluntaria, quæ
actio, vel omissio sit, vel causa physica illius indirectè
voluntarij, vel causa moralis: ita S. Thom. p. 2. *quest. 6.*
art. 3. Val. Valq. alique ibid.

Exemplum causæ physicae habes in ebrietate, quæ ti-
bi est directè voluntaria, & est causa physica dicti homi-
cidij. Exemplum causæ moralis, quæ omnino suppone-

re debet obligationem ad aliquid faciendum habere in gubernatore, v. g. navis, qui eligit directè dormire tempore tempestatis, ex quo somno, atque adeo ex omissione navim gubernandi, indirectè, & moraliter sequitur naufragium; nam directè, & physice sequitur à tempestate, quod quidem naufragium merito imputatur ipsi gubernatori, qui poterat & debebat navi opitulari, non autem imputari potest mihi, qui tali tempore cecidam, esse potuissim, sed quia erat cum meo gravi periculo, nequaquam obligabar, ut ex *tract. de præcepto charitatis* suppono: Confirmatur: quia secus, Deus videns nos peccaturos, quandoquidem potest impedire, & non impedit voluntaria illi essent peccata nostra, sed certe non sunt illi voluntaria, quia nulla lege tenetur impedire.

3. Inquires: in hoc voluntario indirecto, v. g. in homicidio, commissio in ebrietate, quandonam peccatur, quando vinum largiter bibitur, an quando homini vultus lethale infligitur ab ebrio? Respondeo peccari quando vinum usque ad ebrietatem bibitur; nam propterea in hoc casu homicidium dicitur esse peccatum in causa. Imò idem dicendum est aliquando etiam in voluntario directo, quando enim venenum, v. g. inimico propinas, directè, ut illum interimas, peccatum non committis, quando is post aliquot dies moritur, in quibus fortasse te poenituit propinari veneni, divinamque amicitiam consecutus es, sed quando venenum propinasti. In utroque autem casu an mors dicenda sit effectus peccati cum Layman, *tract. 2. lib. 1. c. 3. de voluntariis, num. 5.* an peccatum denominativè cum Castropalao *tom. 1. tract. 2. de peccat. disp. 1. art. 3.* questio est nobis inutilis. Vide tamen quæ alibi explicuimus in *opus. Methodi conf. lib. 2. cap. 6. §. 2.* quantum pertinet ad modum, quo sit in confessione id aperiendum.

4. Est & alia divisio voluntarij, nempe in, expressum, quando scilicet explicite aliquid volumus, & in tacitum seu interpretativum, seu juris fictione, quando scilicet aliquid volumus implicitè. Verum id, & eius quædam limitationes vide apud Layman *lib. 1. tract. 2. cap. 3. num. 3.*

§. III. De Violento, Coacto, Necessario.

1. Volentum propriè (nam aliquando hæc nomina confunduntur) est, quod fit à principio extrinseco contra propriam inclinationem eius, in quo fit, & convenit tam rebus inanimatis cognitione carentibus, quam animatis cognitione nentibus. Coactum addit ad violentum, cognitionem; nam lapis v. g. sursum projectus violentari dicitur, non cogi; animal vero, aut homo si in aliquo ligetur loco, dicitur cogi. Necessarium est illud, quod est determinatum ad unum, quod convenit tum violento, tum coacto. Convenit etiam spontaneo, quando ad illud habetur animi propensio; namque amor Dei in anima beata dicitur necessarius, ut item actus primò primus in voluntate: quamvis enim in his sponte, seu secundum propriam inclinationem, anima, & voluntas agant, tamen quia determinantur ad unum, necessario, & non liberè operantur. Hinc nota voluntarium liberum non solum tolli per coactionem, quando scilicet cogitur, qui ad aliquid præstandum contra propriam inclinationem, sed etiam quando non cogitur, sed necessitatur, seu determinatur ad unum, quamvis cum magna sua inclinatione, ut accidit in dicto amore, & dictis actibus primò primis.

2. Sit ergo regula, omnes illæ actiones seu passionēs, quæ in nobis sunt secundum alias inclinationes, sunt tamen contra deliberatam voluntatem, non sunt nobis voluntariæ & liberæ, sed in illis violentiam, & coactionem patimur, quare non peccamus. Ratio regulæ est clara ex dictis, quia quamvis sint secundum inclinationem aliarum potentiarum, tamen sunt contra inclinationem voluntatis deliberatæ. Huius generis est prædictus amor in patria: Huius sunt prædicti actus primò primi in voluntate: Huius item sunt motus in appetitu sensiti-

vo, seu in membris corporis, quando voluntas advertens repugnat.

3. Sed ecce tibi celebris difficultas. Ad hoc ut aliquis actus, vel passio faciat in nobis sit coacta, atque adeo involuntaria, & non peccaminosa, satisne est, ut voluntas deliberata non consentiat, negativè scilicet se habendo, an requiratur ut positivè dissentiat, v. g. vis infertur Virgini, & aliquis rapitur ad Idola, ita ut manus eius cogantur inferre incensum ipsi Idolo, aut sentit quis in parte inferiori motus sensuales; Si prædicti solum non consentiant, satisne faciunt suæ obligationi, an non tales actus seu passionēs sint ipsi involuntariæ, atque adeo non peccaminosæ, an necesse sit, ut per actum positivum talibus motibus repugnent.

4. Respondeo, Multorum sententia est non satis esse, negativè se habere, quia si positivè non dissentiant, videntur illis motibus consentire, ita S. Th. p. 2. q. 74. art. 6. *Morol. tom. 1. lib. 4. c. 6. quest. 5.* alique apud Ioan. Sanch. mox citandum.

5. Non desunt tamen plures, ut Tolet. Thom. Sanch. alique apud Ioan. Sanch. d. 1. per totam, qui docent cessante periculo positivè consentisse satisfieri obligationi, si tantum negativè quis se habeat, quia præceptum ad nihil aliud obligat, nisi ad non volendum illos motus; at satis non vult, quod non consentit. Verum de hac re parco nunc meam profertè sententiam, infra lib. 1. o. si Deo placuerit, prolatus.

§. IV. Ira & Concupiscentia quomodo se habeant circa Voluntarium.

1. Huiusmodi animæ passionēs (sub quibus comprehenditur Amor, Desiderium, Spes, Gaudium, Odium, Desperatio) non tollunt regulariter Voluntarium acceptum pro libero: ita S. Thom. p. 2. q. 6. art. 7. secus, communiter nunquam homines peccarent, quia communiter ad peccandum ab his passionibus inducuntur. Ratio autem ultior est, quia regulariter supponimus ab his passionibus non ita obscurari rationem, vel cogi voluntatem, ut impendatur debita advertentia, debitaque libertas.

2. At Minuuntur sane minuunt, ita Castrop. *tom. 1. tr. 2. d. 1. p. 5.* quia eiusmodi perturbationes, non tollunt, turbant certè intellectum, ut non sinant considerare omnes objecti conditiones, & circa illas expedite deliberare; videntes enim hominem ed magis inclinare in objectum, quod maior est passio, quæ ad illud movet.

3. Ex his fit, ut contractus initii ob magnam spem lucri, vel ob magnum amorem circa aliquid, iuxta eundem *ibid.* ut item promissiones, donationes, legata, hæreditates extorqueant blanditiis, & precibus sine dolo & fraude, sint observanda, iuxta eundem *ibidem* aliis citatis, quia ex una parte sunt maxime spontaneæ, & ex alia, debita libertas in his regulariter non deficit.

4. Dixi (regulariter) nam non nego aliquando has passionēs adeo esse vehemētes, ut omnino ab iis obscuratur nobis ratio: in quo eventu (nisi in causa quæ peccaverit admittendo tales passionēs cum prævisione effectus secutus) à peccato excusabimur, quemadmodum nonnulli à peccato exculant interdum eos, qui ex vehementi passione ipsos interficiunt, hi enim facile præsumuntur in brevem quasi amentiam incidisse, dum tantum malum propriæ interregionis non apprehendunt.

§. V. Metus quæ ratione se habet circa Voluntarium.

1. EA, quæ fiunt ex metu, licet interdum (quando scilicet displicet actio, quæ ex metu fit) involuntaria sint secundum quid; absolute tamen sunt voluntaria, tantamque habent voluntarij liberi rationem, quanta sufficit ad peccatum vel ad merendum: ita S. Thom. p. 2. q. 6. art. 6. & passim Theologi. Ratio est, quia, qui merces v. g. projicit ob naufragij timorem, verè omnibus expensis, ob bonum vitæ, (quam servare hic & nunc intendit) ejusmodi jacturam, licet cum displicentia

metu, eligit, esto, metu illo non urgente, nequaquam
cideret.

2. Quod si tantus exaceret metus, ut turbaretur
metus, et tolleretur deliberatio, certum est non fore
voluntarium, ut in simili vidimus §. *prae-*
dictum, n. 4.

Monco disputationem hic esse de gestis casualiter ex
metu, non facta comitante cum illo, adulterius, v.g.
susceptum à muliere cum metu instantis infamiae, vel
periculi, sunt ex omni parte voluntaria, quia sunt à co-
prosciente figuri, ut supponimus, nullo extrinseco co-
pente, cum propensione voluntatis, secus omnia pecca-
ta, quae certe committuntur, comitante metu gehennae,
voluntaria non essent.

Quis metu sit justus cadens in constantem virum

3. Duplex est Metus. Gravis alter, quem etiam ju-
stus, probabilem, cadentem in constantem virum ap-
pellamus. Alter levis, qui vocatur etiam injustus, im-
probabilis, non cadens in constantem virum.

Item autem censetur Metus prioris generis, qui à gravi
malo inducuntur, quique solent esse sequentes: Metus
corporalis, gravis cruciatus corporis, mutila-
tionis alicujus membri, infamiae nobilis sive juris,
sive facti. Metus appetenda virginitatis vel patiendi
violentam copulam, amittendi omnia bona temporalia,
vel notabilem eorum partem, amittendi propriam sta-
tutum, amittendi honorem &c. similia. Ita Sanchez lib. 4.
de *marim.* d. 2. Castro P. tom. 1. tr. 2. d. 1. p. 7. & alii.
probat hos esse timores graves, qui vel ipsos pruden-
tes viros concutiant, est, quia haec mala nisi ex aliquo ca-
pite mox explicando, diminuantur, gravia esse, & me-
tus timenda ipsi caeci vident.

4. Hic item pertinet Metus excommunicationis in-
justa: injusta, inquam, non verò justa, siquidem justa
ferretur, ut homo resipiscat à pertinacia, & à culpa, quod
cum is facile possit praestare, obediendo pretenetur praes-
tare: nisi faxis, sibi imputet. At injusta, licet coram Deo
nequaquam liget; tamen, quia ligat in foro externo, ti-
menda est; nam cogitur sic excommunicatus, (ut vitet
scandalum) abstinere à Sacramentis, divinis officiis, si-
delitumque participatione, à quibus abstinere, malum est
non contemnendum. Vide quae dicam §. 7. de timore juste
incusso.

5. Dixi (nisi ex aliquo capite diminuantur) nam ad
cognoscendum, an metus sit gravis, non solum expedi-
magis ipsius mali debet, quod haecenus fecimus,
verum etiam qualitas personae, cum ejus quae inferit, tum
ejus quae patitur metum; adde & modum, & similia
adjuncta, sub quibus ejusmodi metus incutitur, ita de
Lugo t. 2. de just. d. 2. §. 7. n. 33. Si enim puer, x. g. vel
femina inermis cordato homini mortem comminatur,
non illud inducet metum cadentem in constantem vi-
rum, ad gravem enim metum oportet, ut qui timorem in-
ferit, ejus sit conditio, ut ei nequeat facile resisti: Vel
certe si alias possit, sunt tamen ea circumstantiae, ut hic,
& nunc non possit: Ut si ego, v. g. essem funibus astrictus,
& puer nudo gladio mortem mihi minaretur.

6. Etiam si similia non sit solitis facere, si tamen te-
tio mala gravia minetur, satis esse ad inducendum me-
tum gravem existimo; siquidem qui agnus fuit, potuit
(quae prava est hominis propositio) repente in leonem verti.

7. Rursum id, quod femina vel puer causa est suffi-
ciens justus metus, non erit generaliter viro, cum puella,
puerique facilius timeant, quam viri, qui majori pruden-
tia rectum metuendum momenta perpendunt.

8. Metus reverentialis Superiori debitus tum de-
mum mihi videtur gravis, quando est conjunctus cum
rationabili timore, ne superior, vel rigide, vel male tra-
ctet subditum, ita Castro P. l. c. n. 6. id enim rationa-
biliter conturbat hominem vel constantem: Alias, solus
pudor, & erubescencia, quam pati subditus praevidet,
ut superiori contradicat, non videtur nisi levis, & qui
vinci possit, & debeat.

9. Scias importunas preces, hoc est, instantissimas,
& saepius inculcatas cadere in virum constantem, easque
merito timeri à viro gravi, affirmat Pontius lib. 4. *mar.*
cap. 3. n. 17. Negat Sanchez lib. 4. *mar.* d. 7. n. 7.

10. Denique, nota duo. Primum, metum non solum
cadere in constantem virum, quando praedicta mala ti-
meantur in persona propria, sed etiam quando in filiis,
uore, parentibus, cognatione, amicis, in iis sci-
licet omnibus, quorum bona, vel mala ad personam
propriam pertinere judicantur, ita idem ibid. n. 12. Secun-
do, metus praedictos aliquando justè alicui incuti posse,
ut si mortem minetur Iudex reo convicto: injustè ali-
quando, ut si mortem latro comminetur innocentem viato-
ri; Diversos effectus hi diversi metus pariunt, ut ex di-
gendis patebit.

*Quid oportet metu gravis injustè incusso in
contractibus.*

11. Quaestio celebris est, an contractus ex metu
cadente in constantem virum celebrati sint, validi: posse
enim à Iudice propter bonum publicum & invalidos de-
clarari, omnes fatemur: Ita Doctor. cit. Juvat autem per-
maximè id noscere nam ex testamento, v. g. in favorem
meum extorto per metum injustum, ego haeres ero, si
illud sit validum, esto post sententiam contra me feren-
dam, amissurus sum hereditatem: at si non est validum,
ne ante sententiam quidem, haeres es. Eodem modo si
per similem metum mihi aliquid elargiaris, solvas, ven-
das, ego siam illius dominus, si hi contractus sint vali-
di, secus apud te dominium de jure remanebit.

12. Adverte autem nos hic de metu gravi injustè
incusso ad extorquendum ipsum contractum loqui, se-
cus omnes fatentur contractum esse validum, vide Sanch.
lib. 4. in *dec.* 3. n. 4. *l. l.* lib. 2. c. 17. n. 40. Si quis, v. g. ob
timorem mortis ab inimico suo inferenda eligeret sua
praedia mihi vendere, ut expediret à patria discederet,
mortemque vitaret, valida erit venditio, quia timor ab
inimico illatus cum non fuerit directus ad extorquen-
dam venditionem, venditionem inficere non potest, idem
esse in matrimonio, Sanchez lib. 1. de *mar.* d. 12. idem in
votis, rectè docet Th. Sanchez lib. 4. in *Dec.* c. 3. n. 4. ali-
que. Ut si quis, v. g. te injustè occidere minetur, nisi illi
tua praedia vendas, tunc enim verò quaestio est, an si ven-
das, validè vendas.

13. Jam verò idem Sanch. de *mar.* lib. 4. d. 8. ali-
que, quibus adde Castro P. 2. tr. 2. d. 1. p. 8. n. 4. Joan. de Lugo
tom. 2. de *just.* d. 22. §. 6. à n. 73. plurimique docent
contractus celebratos hoc metu injustè incusso ad eos
extorquendos jure naturae esse validos, & consequenter
per illos transferri dominium, posse tamen à Iudice nul-
los, invalidosque declarari, celebratos intellige cum
vero consensu, sed metuculofo; si enim verum consen-
sum removeas, tunc sine dubitatione contractus invali-
dus est, ex defectu consensus, qui est de contractus essen-
tia. Excipit tamen idem Sanchez Matrimonium, dotis
promissionem, vel dationem, promissionem, vel traditio-
nem bonorum Ecclesiae, & denique votum Deo factum;
haec enim extorta per dictum metum saltem propter de-
clarationem factam ab Ecclesia, nulla prorsus sunt, &
irrita. Ratio praecipua praedictae validitatis est, quia,
non obstante injuria allata per metum, jam adest justus
titulus dati, & accepti, promissi, venditi, &c. verè
enim datum, acceptum, promissum, venditum est, &c.
adest item voluntarius consensus, quia metus, ut *supra*
n. 1. vidimus, voluntarium absolute non tollit. Adest ergo
totum illud, quod essentialiter requiritur ad rationem
validi contractus. Adde Baptismum receptum ex dicto
metu validum esse, ut item cetera Sacramenta, excepto
matrimonio, cur igitur non sic contractus?

14. Verum Molina, Rebell. Val. aliique apud Onate
t. 1. de *contractibus*, tr. 1. d. 3. §. 13. num. 135. docent esse
jure naturae invalidos, hoc est, nullam ex iis oriri obli-
gationem, & consequenter per illos non transferri domi-
nium

nium. Cum hi ego sentio, & ratio mea est, quia in jure naturæ impossibile est, ut ex iniustitia oriatur iustitia, seu ius; licet in physicis ex vicio profluere non potest actus virtutis; & in metaphysicis ex differentia. Confiteri non potest risibilitas; sed si ex contractu mercedioso oriatur obligatio iustitiæ, sanè ex iniustitia oriatur iustitia, ergo &c. Minor probatur; nam obligatio iustitiæ oriatur ex contractu per injuriam extorto, hoc est, ex contractu iniusto, atque adeo ex iniustitia. Quoniam ergo ejusmodi contractus obligationem non parit, contractus essentialiter non erit, qui deficiat, *Utro citroque obligatio.*

15. Confirmatur. Nam qui per metum iniustum extorquet contractum, & ex eo aliquid habet, teneatur illud statim restituere, ut concedunt ipsi adversarii apud Castro, P. l. c. 5. ergo signum est contractum esse nullum, secus expectari posset, donec Judex irritaret; scio reservationem quorundam apud Sanch. de Lugo, Castro P. citatos, sed non satisfacit, id quod tamen fuscè persequi nobis otium non est.

16. Ex dictis solvitur. Ratio adversariorum illata num. 13. nego, cum adesse sufficientem consensum, ut in casu nostro requiritur: quamvis enim adsit consensus voluntarius sufficiens ad meritum, vel peccatum, quod solum num. 1. docuimus, tamen, quia ex ejusmodi consensu voluntario, sed per injuriam extorto, non oritur obligatio iustitiæ, quæ est de essentia ejus consensus, qui est contractus, id est sufficiens in casu nostro non est. Id quod solvit illud de Baptismo, & Sacramento, ad quæ (præter matrimonium) satis est consensus voluntarius, & liber, non verò requiritur consensus, qui sit contractus. Quod si ex Baptismo, vel alio Sacramento oritur obligatio ad servanda præcepta Ecclesiæ, &c. non est hæc obligatio iustitiæ orta ex contractu, de quo loquimur, sed alterius virtutis, ut Religionis, &c.

17. At in promptu sunt multa jura, l. 1. de rescind. vend. qui in carcerem, 22. ff. de eo quod met. l. 2. de jud. & alibi, sententia contractus aliquos ex metu esse infirmandos, ergo supponuntur esse ex se validos; Adde esse nonnulla iterum jura, quæ dicunt, vel insinuant esse validos.

18. Respondeo esse etiam iusta, quæ dicunt hos contractus esse irritos: unde nego consequentiam; illa enim jura, quæ nobis videntur contraria, solum statuunt eos esse declarandos nullos, ita Pont. lib. 4. de matrim. cap. 8. n. 8. in fine, sicuti re ipsa sunt: id quod iura faciunt ad positivè retundendos contractus iniustos, & injuriosos; Et certè frequenter id necesse est, propter illos, qui contrariam sententiam sequuntur, quæ certè probabilis est.

19. Ad id, quod additur, deo vel ea jura loqui de metu levi, ut mox §. 6. dicemus, qui contractum nequaquam irritet in foro externo, vel loqui de validitate quæ ad forum externum, sic Onate tom. 1. de contr. tr. 1. diff. 3. sect. 13. n. 239. jura enim antequam contractum meticulousum irritum declarant, eundem validum esse quæ supponunt, quæ ob bonum regimen (ne turbentur inter se sine autoritate iudicis contrahentes) permittunt.

20. Sed quid respondebimus ad paritatem de dolo, quæ ab adversariis magni fieri videtur? Communis est opinio, sic Castro P. de Lugo l. c. alique invalidos esse contractus, qui celebrantur ex dolo dante causam ipsi contractui, ex dolo, inquam, versante circa substantiam rei, at ex dolo versante circa accidentia validos esse: v. g. si mihi vendis vitrum, fingendo esse gemmam, venditio invalida est: mihi vendis equum multorum annorum pro juvene, valida est jure naturæ; & per aliquos etiam jure positivo, venditio, licet possit per Judicem irritari pro arbitrio illius, qui fuit deceptus, dummodo contractus non sit ex natura sua indissolubilis, ut est matrimonium. Hoc posito sic arguunt: Contractus per dolum extortus circa accidentia est iniustus, & tamen est validus licet irritandus, ergo ejusdem rationis erit contractus per metum extortus.

21. Respondeo, primò quidem. Quid si negetur hoc antecedens, scilicet contractum hunc esse validum,

ut erit plures negant, sic Re bel. p. 2. lib. 1. g. 6. sect. n. 11. apud citatum de Lugo; sed expeditis secundò. Distinguo idem antecedens, est iniustus quoad substantiam nego, quoad accidentia concedo, atque addò est validus, quia parte est iustus, id est, quoad substantiam concedo: quia parte est iniustus, id est, quoad accidentia nego: ex hac enim parte, cum adsit injuria, obligatio iustitiæ fluere non potest, nam propterea compensari omnino debet. Atque hinc confirmo nostram doctrinam, cum enim in contractu meticulouso injuria sit in tota substantia, ut nemo negat, atque adeo nullatenus pars sit iusta; non poterit ab illo ex ullo capite oriri ius. Rursus si metus, atque injuria in casu nostro cadit in totam substantiam, cur adversarii ducunt paritatem à contractu dolo circa sola accidentia? debuissent profectò ducere ex contractu dolo circa substantiam, quo pacto illis nullo modo suffragatur paritas, cum contractus dolo circa substantiam, per omnes, nullus omnino sit.

Metus gravis in matrimonio.

22. Ex his sequitur, primò Matrimonium ex dicto metu contractum esse jure naturæ nullum, quia illud etiam ut Sacramentum fundatur in contractu valido. Adde annotatum fuisse ab Ecclesiâ, c. Significavit, de eo qui duxit in matrimonio, cap. requisivit, cap. gemma, de sponsalib. Item alias annullatum fuit matrimonium clandestinum à Tridentino sess. 24. cap. 3. de reform. matrim.

Metus idem in aliis Actibus.

23. Sequitur secundò, ut pronuntietur, an alii actus celebrati ex ejusmodi metu, sint jure naturæ nulli, esse noster naturam actuum expendendam. Si enim ejus sunt generis, ut debeant parere obligationem iustitiæ, eo ipso sunt nulli, quia metus est in causa, et non oritur, sicuti modo statimus, dicta obligatio. Hujusmodi sunt promissio sponsalium, ipsa sponsalia, promissio vel traditio dotis, venditio, emptio, & universum omnis traditio, vel promissio aliis obligationibus. Si verò sunt ejus generis, ut ad eorum validitatem satis sit esse voluntarios, ac liberos, nec debent dictam iustitiæ parere obligationem, erunt (quantum ex hoc capite metus) satis validi, licet possint à Judice rescindi, & videndum an ex alio capite invaliditatem forte contraxerint.

24. Certè Sacramentum validè confertur, si suscipiatur ex metu, ut modo num. 1. diximus: & absolutio, v. g. ab excommunicatione, vel interdicto ex simili metu collata, (cum voluntaria absolute sit) valida item ex se esset, tamen quia invalidata est ab Ecclesiâ, c. Unico de iis, quæ vi, in 6. nullit. ex metu confertur; lege Castro Paluum tom. 1. tr. 2. q. 1. p. q. 4. n. 2. & Joannem de Lugo de iustitia, tom. 2. diff. 22. sect. 7. n. 120. aliosque ab ipsis laudatos, qui de constitutione procuratoris, de sententia Judicis, de confessione jurisdictionis, de electione, & similibus ex metu factis late disputant, an quamvis ex hoc capite metus, quoad validitatem non claudicent, quia eis sufficit esse voluntarios, invalidi nihilominus ex alio alio capite inveniuntur.

§. VI. Quid operetur metus levis injustè incussus. Contractus ex metu levi iniustus.

25. Metum illum, qui respectu viri prudentis est levis, respectu verò mulierculæ, v. g. est gravis, huc non advocamus, quia de illo, utpotè tunc gravi, in præcedentibus disputatum est; loquimur ergo nunc de metu omnibus expensis levi, hoc est, de metu alicui, licet injustè incusso: nihilominus tam modico, etiam respectu subjecti, cui incutitur, ut insufficientis sit ad ipsum graviter conturbandum, & querimus: An si quis ex hoc levi metu, quasi ex levi tentatione, cui facili negotio resistere potest, commotus inear contractum quempiam cum aliquo (præter matrimonium, de quo mox separatim) validè inear?

26. Convenimus ejusmodi contractus, sive onerosos, sive

inter vivos esse validos. Ratio aliorum est, sic de Lu-
gus citandus n. 135. quia si contractus sunt valide ex
sententia facti ex metu gravi; ergo, multo magis
ex levi. Sed nos, qui hoc antea dicens, præcedenti
non admittimus, aliam rationem mox num. 4. proferemus.

Præterea quoniam contractus iniustus ex metu gra-
vi rescindi solet à iudice, ut supra innuimus, quæ-
ritur & hic, an etiam iniustus ex metu levi à iudice res-
cindatur, & facilis, communisque est responsio ne-
gativa; ne enim detur ansa litibus, ita iuribus sanc-
tum est.

Superest ergo controversia, quid in foro con-
scientiæ? Rescindi docet nonnulli, cum Castro P. l. 1.
p. 1. n. 2. atque adeo eum, qui accepit aliquid ex huius-
modi contractu, teneri ante omnem sententiam restituere
et, quia etiam qui levem metum incutit, injuriam facit.
At alii cum Medina Cod. de restit. q. 3. causa 2. vers. si fiat
remissio, Pontio, l. 3. de marr. cap. 10. n. 5. hæc duo negant,
cum enim nec in foro conscientiæ rescindi possit, nec
exorta tali metu esse sub obligatione restituenda. Cum
his posterioribus ego sentio, & ratio hujus, & doctrina
date num. 2. sit, quia metu levis est in potestate patientis
metum, hoc est, faciliè illum homo repellere valeat, illique
non acquiescere, ideo enim est & appellatur levis; qua-
re qui non repellit, præsumitur etiam in conscientia fo-
re libere velle contrahere, nec ipsi factam esse injuriam
ob alio; libere enim, & sine injuria tibi donator con-
trahere mihi videtur; tam leve impedimentum, tam le-
viter obstitens (ut supponimus; non secus esset metus
gravis non levis) à te removere, cum faciliè posses, ultro
negligis.

Hanc rationem Castro Palau l. 2. & de Lugo tit. 1.
de iust. d. 22. n. 134. sine, referunt ex Pontio; verum ne
stant quidem (quod mirum est) solvere; Certe, ex
ipso Castro Palao, d. 2. p. 1. n. 10. aliisque, contractus iniustus
ex metu gravi iuste incusso sunt validi, quia per metum ju-
stum, nulla fit, ut ipse etiam mox s. sequenti dicemus,
contrahenti injuria: at in casu nostro nulla ita fit con-
siderabilis injuria, ergo, &c. Idem Castro Palau l. 1. p. 1. n. 2.
num. 4. docet contractum initum per importunas preces,
scilicet metum levem per Thomam Sánchez lib. 4. de marr.
cap. 7. n. 7. contineri valdum esse, quia, illas faciliè
item potest quis repellere: ergo.

Obijcit de Lugo tom. 1. de iust. d. 22. sect. 7. n. 142.
contractus initus per dolum levem est, saltem ex parte
injustus, pro portione scilicet, qua dolum est levius dat
causam contractui, & saltem, pro rata aliqua, restitui de-
bet ea, quæ ex illo dolo levi conquiruntur; nam pari
modo quæ ex consilio levi alicujus aguntur, impurantur
saltem ex parte dantis consilium, quatenus cum aliis con-
siliis concurreat ad actionem. Licet igitur metus levis
leviter concurrat, leviterque commoveat hominem ad
contrahendum, tamen dat, saltem ex parte, causam
contractui, & consequenter incutiens metum illum te-
metum, saltem ex parte, facit injuriam, adeoque saltem pro
rata injuria, ad restitutionem tenebitur.

Respondet, Quæquid sit de doctrina anteceden-
tis, certe pro casu nostro adest manifesta disparitas. Qui
enim dolum patitur, cum fallatur, quamvis leviter non
habet in se principium tollendi illam, quamvis levem
dolum, ideo non voluntarie, etiam quoad illam partem
se gessisse nullo modo præsumi potest. At metum levem
patiens, videt eum esse metum levem, & faciliè illum
posse abs se totaliter rejicere, & tamen non rejicit: qua-
re nunquam concedendum est Joanni de Lugo metum
levem reipsa influere in consensum, nec ut unicum mo-
tivum, nec ut partiale. Ratio est jam dicta, quia, cum fa-
ciliè possit levem metum à se quis tollere, si non tollit,
non consensit, seu non consentire præsumitur ex vi me-
tus; sed ex sua libertate. Atque ex hoc patet ad illud de
consilio levi. Consilium enim quamvis leve partialiter
influit, unde non est mirum, quod illud dans teneatur
ad restitutionem, saltem juxta consilii mensuram; at no-
nne metus non influit, ut dictum est.

8. Ex opinione aliorum num. 4. & lata inferitur eum,
qui consensit ex importunis solis precibus, vel ex puro
metu reverentiali, quæ in sententia aliquorum metum
affectu levem diximus supra, s. 1. n. 8. & 9. inferitur, in-
quam, non teneri stare contractui, atque adeo eum,
qui ex ejusmodi contractu aliquid accepit, teneri re-
stituere: Unde mulier, vel filius, vel subditus, qui à
tali metu reverentiali, vel dictis precibus ductus, Maria-
to, Patri, Superiori fidejubeat, etiam cum debitis so-
lemnitatibus, solvere legata, seu aliud quidpiam pro-
mittat, vel hereditatem renuntiet, &c. non tenebitur
ex hac opinione, prædictis contractibus stare, immò si
quid ex vi horum forte solvit, poterit se clam compen-
sare, quando aliam non habet viam recuperandi suum,
& is, qui aliquid accepit ex iisdem contractibus, tenetur
ante omnem sententiam in conscientia restituere. Ita
Castro P. l. 1. n. 2. d. 1. p. 12. n. 3. Ratio est, quia in hac sen-
tentia contractus ex metu levi initus rescinditur, & obli-
gatorius in foro conscientiæ non est.

At verò ex doctrina à nobis allata eodem num. 4.
inferitur contrarium, hoc est, ejusmodi contractibus stari
dum esse, & illum filium, uxorem, subditum teneri solve-
re, nec ab iisdem, si quid solverint, posse intentari clan-
culam compensationem, & qui aliquid ex horum con-
tractuum vi accepit, non teneri restituere. Ratio est; quia
per nos, non est iniuriolus, atque adeo est obligatorius
ejusmodi contractus.

Hæc sententia probabilior mihi est, ut vidimus: con-
traria, saltem propter bonorum auctorum reverentiam
probabilis est, illamque, ejusque illationes num. præceden-
ti dictas sequi tuto potes. Vide Tancred. l. 4. d. 9. de ma-
trim. contra Pontium pro ea argumentem.

10. Qui auctores, ut Petr. Navarr. lib. 3. de restit.
cap. 1. d. 7. num. 332. Sarmiento lib. 2. select. cap. 11. num. 10.
recte advertunt non omnia, quæ faciunt subditi, ob reve-
rentiam superiorum, esse in conscientia modo dicto
num. 4. rescindenda, multa enim agunt, v. g. filii, ut pa-
rentibus gratificentur, quæ licet aliter non facerent,
libenti tamen animo faciunt. Solum ergo ea etiam in
ipsorum sententia rescissioni sunt obnoxia, quæ à subdi-
tis fiunt quasi coactis, & voluntate omnino repugnan-
te, sed præ timore, & reverentia contradicere non au-
dentibus.

Matrimonium ex metu levi iniustum.

11. Matrimonium contractum ex metu gravi iniustum
ad illud extorquendum incusso, invalidum est, ex su-
pra dictis, at contractum ex metu levi estne invalidum?
Quamvis inodò num. 4. statuerimus ceteros contractus
ex metu levi iniusto celebratos validos esse, tamen de
matrimonio potior apparet difficultas, quia cum sit in-
dissolubile, ac perpetuum vinculum, debet esse omnino
& perfecte liberum, atque adeo, dicit aliquis, ne levi qui-
dem metu extortum.

12. Dico esse probabile matrimonium metu levi in-
iustum ad hoc incusso celebratum, nullum esse in foro con-
scientiæ, idque potissimum propter dictam rationem
perfecti consensus ad matrimonium requisiti: sic Sanch.
l. 4. marr. d. 17. num. 2. de Lugo tom. 2. de iust. d. 22. sect. 7.
n. 141. sine; at multò esse probabilius validum in eodem
foro esse, tum jure naturæ, tum positivo: ita idem San-
chez ibid. Pont. lib. 3. de marr. cap. 18. num. 1. alique. Ratio
potissima est, quia cum metus levis sit in potestate ma-
trimonium contrahentis, & faciliè illum, is depellere pos-
sit, si non depellit, libere, & perfecte sine ulla coactione
contrahit, & cum perfectissima libertate consentit, ut ex
supradictis à n. 4. patet, ex quo ratio præcedentis senten-
tiæ solvi utcumque possit.

Alii actus ex metu levi iniusto.

13. Non vitari hos actus colligitur ex dictis; sunt
enim absolute voluntarii, nec injuriam patiuntur ex levi
metu

metu qui facile repellitur potest, ergo non est caput, unde claudicant.

§. VII. Quid operetur metus gravis, vel levis jussu incussus?

Contractus ex metu levi, vel gravi jussu.

1. Si quando quis, V. G. Petrus minetur alicui, tollere, vel non tribuere id, quod ab ipsius Petri libertate dependet, non cadit in questionem, an per eum metum contractus quicunque initus valeat: vellet enim sine controversia. Ita Castro 9. tom. 1. tr. 2. d. 1. p. 7. num. 2. Sanchez, de matr. lib. 4. d. 5. numero 18. Ita V. G. Petrus alicui committatur: Nisi contrahas cum mea filia nuptiarum, nequaquam tibi clariorum centum aureos, vel tollam a te equum, quem tibi commodavi. Certe matrimonium ex hac comminatione contractum validum erit. Ratio est quia tunc non jam terretur metu mali, seu poenae, sed spe praemii, vel mercedis excitaris: spes autem seu boni expectatio augere, ut supra dixi, voluntarium, non minuit.

2. De vero igitur metu, sive gravi, sive levi, si sit jussu incussus ad extorquendum contractum, adhuc dico, illum non irritare, sed esse contractum in utroque jure naturae, & Ecclesiastico validum. Ita Castro 9. l. c. p. 10. Sanchez, cit. d. 13. num. 3. Pont. cit. cap. 10. Ratio est, quia radi, unde nullus sit, vel rescindi possit contractus, est injuria, quae fiat contrahenti, at nulla injuria fit ei, qui sibi causa est metus: ergo, &c. quid enim tibi injuriae irtogo, si dicam: Nisi mihi hoc vendas, accusabor te jussu de homicidio a te patratore gratiam potius a te numero, quippe, tibi propono hoc remedium malum punitionis tibi debita posse non difficulter effugere.

Matrimonium ex metu quocunque jussu incussu.

3. Quid de Matrimonio? idem esto judicium ex probabiliori sententia, sive metus a lege sive ab alio quocunque proveniat. Ita Sanchez citat. d. 13. num. 3. Pont. cit. cap. 13. Less. lib. 2. cap. 17. d. 6. numero 41. de Lugo de justit. tom. 2. d. 22. sect. 7. numero 159. Ratio est, quia etiam in matrimonij contractu tota ratio illius irritationis est injuria, quae fiat in illo contrahendo: at in casu nostro non fit injuria, ut patet ex numero precedente, ergo, &c.

Dices, at matrimonium debet esse perfecte liberum, quae libertas certe laeditur per metum etiam jussu incussu ad extorquendum matrimonium. Respondeo non laedi injuste, sed jussu; matrimonium autem debet esse perfecte liberum libertate non laesa injuste, non vero libertate quomodocunque perfecta: sic a Castro Palao respondetur huic rationi; sed quia alicui videri poterit rationi non plene satisfieri, adde & auctoritatem multorum, ut Covarr. Manu. Gutier. aliorumque apud citatos, asserentium ejusmodi matrimonium nullum esse, non puto improbabilem ipsorum opinionem.

4. Brucina, de matr. quasi. 3. p. 8. a num. 10. alique nonnulli, ut Coninch. disp. 82. §. 1. num. 15. apud Sanch. & Castro P. cit. distinguunt in hunc modum: Ejusmodi metus gravis jussu aliquando incutitur ad alios fines, aliquando ad extorquendum matrimonium, V. G. habet Cajus jus accusandi Titium ob injuriam sibi illatam per furtum mille aureorum; potest tunc Cajus metum accusationis incutere Titio ad extorquendos mille aureos, dicens: Redde mihi aureos, secus te accusabo, at non potest licite dictum accusationis metum incutere ad extorquendum matrimonium, sic dicens: Duc meam filiam secus te accusabo. Ratio est, inquit quia hic metus injuste incutitur ad hunc finem matrimonij, cum ipsius libertati repugnet: at vero ad finem extorquendi aureos jussu incutitur, quia ad eos recuperandos utitur Cajus mo-

do licite accusationis. Pari modo si Index minetur carcerem Petro supposito Virginis, nisi illam ducat, vel dote; tunc licite (ajunt,) & jussu Index carcerationis metum incutit ad extorquendum matrimonium, quia suppositor tenetur secundum leges illud celebrare.

5. Sed nos praemus in utroque casu, & exemplo esse vandum. Ita Castro P. 1. tr. 2. d. 1. p. 7. num. 2. de Lugo de justit. d. 22. sect. 7. num. 60. Ratio est, quia in utroque abest injustitia, & coactio. In iudice jam sponte conceditur in alio probatur; quia tunc Cajus non se illicite gerit, nam si recte, & attente res expendatur, Cajus non minatur accusationem; quia Titium absolute nullo modo cogit, sed solum sub conditione proponit ipsi Titio, ut, si velit evitare accusationem, cui ipse causam libere dedit, & quam sine peccato deferre Cajus potest, siliam libere ducat. Non tamen interim nego propter extrinsecam Doctorem auctoritatem, atque eorundem non contemnendam rationem posse Bonacinae opinionem probabilem reputari. Vide Tancredum contra Pontium lib. 4. de matrim. 12.

Alii actus ex metu jussu incussu.

6. Alii quicunque actus ex metu jussu quomodocunque incussu valsi sunt, si enim, validi sunt contractus, & matrimonia, multo magis ceteri actus, qui pauciores, infortiusque conditiones requirunt, & ex alia parte satis sunt voluntarii, ut suo loco supra, universe conclusimus.

§. VIII. Quid operetur metus sive gravis, sive levis in votis etiam solemnibus, qualis est professio in Religione.

1. Instuo peculiarem de hac re brevem questionem, quia suis peculiaribus scaturit difficultatibus.

Qui aliqui Deo voverunt motus timore periculi provenientis ex causa non libera, ex periculo, V. G. quod infertur ex tempestate, ex morbo, &c. dicitur vovere ob metum incussu ab intrinseco: qui motus timore periculi quod infertur a causa libera, V. G. a latrone, a iudice, &c. dicitur vovere ob metum incussu ab extrinseco.

2. Jam si metus levis, vel gravis sive jussu, sive injustus, sive ab intrinseco, sive ab extrinseco non incussus sit ad sistendum extorquendi votum, certum est nihil officere validitati voti: votum ergo erit, & obligabit. Ita Sanchez lib. 4. de dec. c. 3. num. 4. Castro P. tom. 3. de voto, d. 1. p. 5. num. 2. Ratio est, quia tunc a nemine impellitur vovens, sed sponte sua illud eligit, tanquam remedium imminuentis mali, hoc reducitur quando elicitur votum, tanquam conditio oblata ad malum evitandum, de qua re videatur Sanchez ibid. num. 5. & lib. 4. de matrim. d. 12. num. 12.

3. At vero metus gravis injustus ad extorquendum votum ab aliquo incussus, illud sive simplex, sive solenne professionis invalidum reddit, saltem ex jure positivo, & per aliquos, etiam ex jure naturae, unde, ut non serve, tur, relaxatione nequaquam eget. Sic Sanchez, lib. 4. in Decalog. cap. 3. num. 12. Sotus, Abbas, Navarrus, Arg. Toller. Sa. alique ibid. cit. Ratio est, quia ex una parte votum describitur esse spontaneum Dei obsequium, unde originario voluntarium esse convenit, & ex alia parte irritum esse votum sic emissum declaratum est ab Ecclesia. Ita Sotus alique apud eundem Sanchez l. c. num. 6. & apud Castro P. tom. 3. d. 1. de voto part. 5. num. 6.

4. Hinc merito deducunt aliqui, ut Navarr. Sa, Toller. alique cum Sanch. lib. 4. in Decalog. cap. 3. num. 12. initiatum Ordine Sacro metu viri constantis, non teneri Voto Castitatis ordini annexo, atque ita posse sine ulla dispensatione ad nuptias transire, si nolit in Ordinis Sacri usu permanere: sic Sanchez, d. cap. 3. c. 18. movent tamen, si cessante metu, vel semel eo ordine usus sit, quod nequeat resiliire: quia usus ille est ordinis ratificatio:

ratificatio

Supponitur autem semper debere abesse scandalum, & contemptum, nec rem præceptam lege positiva esse aliunde jure naturali, vel divino imperatam, vel contra ejusmodi jus redundare, ut ex se patet.

8. Ex dictis fit primò habentem Votum Castitatis, quod est impedimentum matrimonii, posse timore mortis, vel gravis mali, quantum est ex hoc capite, contrahere matrimonium; ita Castro *P. l. c. num. 9.* quia cum votum obliget ad modum legis, non obligat cum tanto rigore. Sed hoc non erit verum matrimonium, unde non poterit reddi, nec peti debitum, quia metus extrinsecus ad extorquendum matrimonium inest, ut *supra*, §. 5. num. 22. dictum est; irritum eo ipso reddit matrimonium. Quid si ratificetur transacto metu? Respondetur, peccabit violando votum; Verum, si votum erat simplex, validè contrahet, quando solum possit reddere; non verò petere debitum, ut *suo loco* dicitur, & docet Sanchez, *lib. 9. de matrim. d. 3. n. 1. puncta d. 34. num. 3.*

9. Fit secundò, timore eorum licere pariter matrimonium contrahere, cum quocunque alio impedimento impediens, vel etiam dirimente inducto ab Ecclesia, (intellige, ne mentiaris, te a convocatione hic, & numero præcedente; sicuti diximus *num. 6.* uti debere.) Ita Castro *P. l. c. numero 9. sine*, citans Saurum. Ratio est, quia Ecclesia non te obligat ad non contrahendum, cum tanto tuo detrimento. Sed tunc, quando quidem propter metum, vel propter impedimentum dirimens nullum fuit matrimonium, nec debitum petere potes, nec reddere. Insuper si impedimentum erat dirimens, non poterit validè ratificari, sine debita dispensatione, ut ex tractatu de matrimonio constat.

§. X. De Involuntario ex Ignorantia, & Inadvertentia.

1. Ignorantia (idem de oblivione, & inadvertentia, si quidem qui non advertit, actu ignorans est) alia est juris, alia facti. Rursus alia invincibilis, seu inculpabilis, alia vincibilis, seu culpabilis. Et culpabilis quidem alia est crassa, alia affectata, alia supina. Et iterum alia culpabilis notabiliter, alia leviter. Quarum exactam explicationem habes *infra*, lib. 2. c. 1. §. 7. n. 21.

2. Certum autem est primò, Ignorantiam graviter culpabilem sive rerum, quas lex jubet omnino esse sciendas, ut sunt Mystéria fidei, sive rerum, quæ ad totum statum, & officium graviter pertinent, ut sunt præcepta à te sub gravi obligatione servanda, ex se esse peccatum mortale. Ita Castro *P. l. c. 2. d. 1. p. 17. n. 1.* Sanchez *lib. 1. in dec. c. 17.* Omnes enim obligantur scire ea, quæ graviter pertinent ad statum suum, ne scilicet periculum subeat, circa sibi pertinentia, graviter errandi.

3. Certum est secundò, Ignorantiam minere culpæ gravitatem. Ita Castro *P. ibidem num. 1.* Nam si ea sit omnino inculpabilis, à culpa omnino nos liberat, ut *proximo numero sequenti* dicemus. Si sit quomodocumque culpabilis, quia semper minuit voluntarium, minuet & proportionatam culpam.

4. Certum est tertio, Ignorantiam invincibilem sive juris, sive facti tollere in foro conscientie omnem culpam à transgrediente præceptum; at verò crassam, affectatam, supinam non tollere culpam, sed, si sit in re gravi, asserere mortale peccatum. Ratio horum est, quia in invincibili nullum voluntarium adest, unde nullum peccatum; In crassa, supina, affectata, est voluntarium indirectum contra præceptum, quia præceptum, quod cum tanta ignorantia sciri negligitur, verè non intenditur servari.

5. Certum est quarto, negligentiam levem diminuire culpam usque ad veniale. Ratio est, quia negligentia solum levis contra obligationem sciendi præceptum non potest nisi parere levem culpam.

6. Afferamus claritatis gratia exemplum in Antonio, Caio Titio, qui cum ignorarent hodie esse diem

jejunii, carnes ad mensam adhibuerunt. Contigit enim ut Antonius nullo peccato peccaret, Caio peccaret mortaliter, Titius solum venialiter. Nam Antonius inculpabiliter nescivit esse diem jejunii, ergo inculpabiliter carnes comedit; Dies, at debuit inquirere, ut sciret. Respondetur, cum ipsi ne in mentem quidem venerit hoc debitum inquirendi, nulla ratione imputabitur ei, ac culpam non quaesivisse; quod si id in mentem occurrerit, nec tamen inquisivit, certe ignorantia esset hæc culpabilis de qua mox, non verò inculpabilis, de qua nunc proferimus exemplum.

7. Capis ex negligentia vel crassa, vel affectata, vel supina, vel notabiliter gravi, sive de industria, ut non obligaretur abstinere à carnibus, sive ut sine remorsu conscientie comederet, sive ex temeraria pigritia, cum facile potuisset rem cognoscere, idque adverteret, non curavit, carnesque comedit. Hic ex culpa gravi nescivit esse diem jejunii; ergo cum culpa gravi carnibus se refecit. Satis nonnullis excusare à mortali transgredientem præcepta, non quidem naturalia, sed positiva ex ignorantia notabiliter gravi, quæ tamen non pertingat ad crassam. Verum id per occasionem *infra* lib. 2. c. 1. §. 7. n. 29. tradam.

8. Titius inquit quidem in dubium, an hodie dies esset jejunii, veritatemque exploravit à suis vicinis, cum potuisset facili à Parocho, vel Virgo docto, sed negligentia quadam naturali captus ab his non quaesivit; unde factum est, ut carnes comederet. Hic culpabiliter ex levi negligentia nescivit prohibitionem, ergo culpabiliter cum levi peccato carnes manducavit.

At, Non possum discernere gravius fuerit Titii hæc negligentia, an levis? Respondetur, tunc ului esse debent regulæ allatæ in superioribus *cap. 1. §. 3. n. 32.* proportionaliter hæc applicanda.

Diximus jam satis de ignorantia quoad culpam, dicamus nunc ad ulteriorem doctrinam, de ignorantia quoad incurrendam poenam culpæ à positiva lege impositam.

De Ignorantia pœna imposita à lege positiva.

9. Duobus modis, tibi contingere hæc ignorantia potest.

Primò, si neque legem, seu prohibitionem scias, neque consequenter poenam impositam transgredienti, ejusmodi legem, & sic illam transgrediaris. Ut si ignores prohibitionem esse sub lata excommunicatione percussio-nem Clerici, & hunc percutias. Huc etiam pertinet, si noveris dictam prohibitionem, sed te fugiat hunc, quem percutias, esse Clericum, illam ignorantiam juris, hanc facti ignorantiam appellamus.

10. Secundò, legem quidem compertam habeam, sed non poenam legi annexam, & sic legem transgrediaris. Ut si scias Clerici percussio-nem esse ab Ecclesia prohibitam, sed te lateat esse prohibitam sub pœna excommunicationis, & illum percutias.

11. Si neutrum id est, nec legem, nec poenam scias; semper excusaberis ab incurrenda pœna: Quare si percussas Clericum ignorans hanc percussio-nem esse ab Ecclesia vetitam, in poenam excommunicationis non incurris. Ita Navarr. Sayr. Rodriq. alique apud Merollam, *tom. 1. d. 1. c. 2. dub. 3. & dub. 16. sum. 228.* Castro *P. tom. 1. tract. 3. d. 1. part. 17. à num. 1.* alique. Ratio est, quia sic non delinquis voluntarie contra Ecclesie prohibitionem, cum illam ignores, pœna autem non debetur nisi propter delictum volitum. Idem est, si ignores percussio-nem esse Clericum, tunc enim ex errore inculpabiliter nescis prohibitionem cadere in hanc percussio-nem.

12. Si legem scias, sed non poenam, adhuc probabile est à te non incurri poenam, sive hæc sit Excommunicatio, Suspendio, Interdictum, quibus adnecto Irregularitatem, quæ est ex delicto, quia tunc, cum Censuris convenit, sive sit alia quæcunque extraordinaria pœna. Ita Sua. Sanchez, Bon. Coninch. alique apud Castro *P. tom. 1. tract. 2. d. 1. p. 17. à num. 5.* Ratio, quoad censuras, est,

et, quia ad has incurrendas requiritur contumacia, quæ ignorante certe non est. Ratio, quoad alias pœnas extraordinarias est, quod pœnas quæ liberè dependunt à voluntate Legislatoris, qui voluit eam determinatam imponere; Ratio est, inquam, quia ad has incurrendas requiritur delinquentem consensisse saltem tacite in pœnam, quam subire debeat, ni obediatur: inquit, cum esse obligare quendam ad solvendam pœnam, qui nullo modo se subiecit, subicere autem non se potuit, qui eam ignorans esse sciverit culpam, unde & culpam eam sentit.

13. Sed cur dictum est (extraordinaria)? Ut intelligas, cur is, qui fortè ignoret pœnam Inferni annexam peccato mortali, adhuc tamen illam incurrit, dummodo cognoscat peccatum suum mortale esse: id enim est, quia in hanc Inferni pœnam, imò & in omnes alias, quæ sunt ex natura sua annexæ transgredientibus leges, tacite, & interpretativè consentit is, qui delinquit: eo enim ipso, quod scit malum esse eas leges transgredi, scit pœnam illi malo velut ex natura sua esse connexam: omne enim malum, seu culpam mereri suam pœnam naturali lumine notum est: suam, inquam, hoc est quæ culpæ ex se hæret, non quæ, ad libitum hominis imponitur. Nam propterea illam, veluti naturalem, appellamus ordinariam, hanc ex Legislatoris voluntate pendente, vocamus extraordinariam, & hanc dicimus non incurri, nisi expressè sciatur, cum implicite non involvatur in culpa.

14. Petes ad excusandum modo dicto delinquentem à pœna, quæ libetne ignorantia requiritur, & sufficiens est?

Respondeo. Quando pœna imponitur sub his vel similibus verbis: *Qui scienter, qui temerè, qui audacter, qui malitiose, qui consilio id fecerit, hanc pœnam incurrit*, communis est sententia, satis sperque esse ad excusandum ab incurrenda pœna non solum ignorantiam invincibilem, sed etiam crassam, supinam, vel affectatam, nisi fortè adeo sit temeraria, ut scientiæ moraliter comparetur. Ita Sanchez, lib. 9. *maxim. d. 32. à num. 33. & ibi in Decalog. cap. 8. num. 43.* Bonacin. alique apud Castro P. d. p. 1. 8. num. 1. Ratio est, quia, quando sub illis qualificatis verbis pœna imponitur, lex non videtur solum requirere ad incurrendam pœnam ipsam meram transgressionem: sed etiam contemptum quandam, & contumaciam, quæ certe non adit in ignorante etiam crasse, & affectatè, nisi affectatio temeraria sit, ut dictum est.

15. At quando pœna non sub illis formulis qualificatis imponitur, sed absolute in hunc, vel similem modum: *Qui hoc fecerit, hanc pœnam, v. g. excommunicationem incurrit*, quid dicendum?

Dico primo, Ignorantiam crassam, vel supinam, vel affectatam non excusare tunc ab incurssione pœnæ prædictæ extraordinariæ, Ita Metoll. t. 1. d. 1. cap. 2. dub. 16. à num. 133. Ratio est, quia si ignorans videtur cum dolo operari, cum ergo dolo nemini suffragari debeat, non est, cur à pœna incurrenda sit liberandus: siquidem dum hic dolose, & culpabiliter contra legem se gesserit, interpretative in pœnam doli consensisse est dicendus.

16. Dico secundo, Ignorantiam invincibilem sufficientissime excusare. Ratio est, quia hic maxime militat ratio dicta num. 12.

18. Dico denique tertio, Ignorantiam notabiliter culpabilem, quæ non pertingit ad crassam, excusare à dicta pœna legis positivæ. Ratio est, quia, ut *infra lib. 2. c. 7. num. 29.* dicemus, in legibus positivis ejusmodi ignorantia, si non pertingat, ad crassam, non est reputanda verè notabiliter culpabilis, sed solum culpabilis levitur: ex levi autem culpa gravem te mereri pœnam fas non est. Hoc tertium dictum perfecte non intelliges, nisi citatum locum dicti lib. 2. c. 1. §. 7. m. 19. legas, & cum præfati doctrina conferas.

18. Superest magis magisque explicandum, quid consuecit intelligatur nomine dictæ pœnæ extraordinariæ.

Doctores communiter intelligunt eam pœnam, quæ non sit commensurata, sed major delicto, adeoque sit exorbitans, & transcendens delicti gravitatem. Ita Layman, Rodrig. Sanchez, alique, quos sequitur citatus Metolla, d. c. 2. dub. 3. num. 76. & 77. sed ego paulò antè num. 12. asserui esse eam, quæ liberè dependet à voluntate Legislatoris positivi, qui voluit ejusmodi determinatam pœnam imponere. Et priore explicatione Doctorum sequitur, si Legislator sic, v. g. legem ferat: *Qui adulteratur, eo ipso jejuset per diem*, sequitur, inquam, ignorantem hanc pœnam, si adulteretur, illam incurtere, quia unius diei jejuniū non est pœna exorbitans pro adulterio. At ex nostra explicatione sequitur non incurtere, quia est determinata pœna dependens à mera voluntate Legislatoris.

19. Sanè mihi persuadere non possum, cum, qui est inculpabiliter ignorans pœnæ, quamvis levissimæ, reum esse ejusdem pœnæ; nam si nescivit, nullo modo consensit in illam. Et certè si admittas ejusmodi explicationem, vix ului esset excusatio hæcenus ducta ab ignorantia pœnæ in præceptis positivis: Cum enim positiva præcepta sint multum rationabiliter imposita, & semper sit præsumendum pro Legislatore, semper præsumetur pœnas ab ipso taxatas commensurari delictis à se prohibitis. Adde magnum scrupulum Fidelibus injici, quibus necesse est sub momento expendere, an, & quæ ratione, pœna sit proportionata delicto. Admittitur ergo nostra explicatio: Cui non obstat illud de pœna Inferni, quando supponitur ab aliquo ignorari, non obstat, inquam, si attentè ea, quæ num. 13. sunt dicta, perpendantur.

Ex dictis colligitur nulla ad præxim.

20. Ex his colligit primò Navarrus in sum. 3. cap. 13. num. 47. & c. 27. num. 274. *versio. 1.* apud Castro P. t. 1. r. 2. d. 1. p. 17. num. 7. fine. Judicem si sciat delinquentem ignorasse pœnam, ita ut illam, modo dicto, non incurrit, non posse à reo exigere, quia verè illam non debet. Damnet igitur illum ad pœnam arbitriam juxta qualitatem intrinsecam delicti, & ita se cum illo gerat, ac si illi delicto nulla pœna ex jure positivo annexa fuerit.

21. Colligit secundo Castro Palaus, *ibid. d. 8. & Metolla, t. 1. d. 1. c. 2. dub. 3. ibid. Sanch. n. 21.* Excommunicationem, Suspensionem, Interdictum, Irregularitatem, quæ sit pura pœna delicti (Cur addatur (pura) vide apud Metoll. dicto dub. 3. num. 87.) annulationes actuum quando non sunt propter defectum solemnitatis, sed in delinquentis pœnam, non incurri ab invincibiliter ignorante, vel ab ignorante cum ignorantia solum notabiliter culpabiliter: ratio est petenda ex num. 13. & 16. Imò neque ex ignorante, per Ignorantiam crassam, supinam, vel non temerariè affectatam, quando dictæ pœnæ sunt fulminatæ contra scienter, & consilio operantes, cujus ratio eruenda est, ex num. 14.

22. Colligit tertio idem Castro P. *ibid. & p. 18. n. 3.* ignorantem esse pœnam impositam non petendi debitum iis conjugibus, qui cognoverint consanguineam in primo vel secundo gradu suæ conjugis, ut item ignorantem eos, qui absque necessitate baptizant, vel levant filium suæ conjugis, incurtere pœnam non petendi debitum, colligit, inquam, non incurtere dictam pœnam non debitum petendi, etiam si ignorantia sit crassa. Ratio est, quia à sacris Canonibus hanc pœnam imponentibus requiritur scientia in delinquentem, atque adeo videtur esse lata contra scienter operantes modo dicto num. 14.

23. Colligit quartò Duardus, ad Bullam Cœnam c. 2. *quest. 5. num. 2.* ignorantem invincibiliter esse impositam Excommunicationem in Bulla Cœnæ, licet sciat esse impositam in sacris Canonibus, excusari ab incurrenda Excommunicatione imposita à Bulla Cœnæ, non verò ab imposita à sacris Canonibus: unde, si hæc non sit reservata

reservata Pontifici, poterit ab Ordinario Confessore absolvi, v.g. raptor bonorum naufragantium excommunicatur excommunicatione reservata in Bulla Cœna, & item in iure, sed excommunicatione non reservata. *Excommunicationis de raptoribus*, si hanc scias, & non illam, hanc solum incurres; quæ cum non sit reservata, poteris ab Ordinario Confessore absolvi.

24. Verum hæc Duardi illatio nullo modo placet, quia hæc non sunt duæ excommunicationes, sed una, & eadem, quæ fulminatur prius in Canone, & deinde reservatur in Bulla Cœna. Sic Merolla *ibidem* num. 82. cum ergo reservatio sit restrictio jurisdictionis in Confessario, jurisdictionem autem tota dependat à voluntate Superioris, non est necesse, ut delinquens eam restrictionem scias, satis est, si eandem sibi compertam habeat Confessarius.

25. Colligit quintò Sanchez, libro 4^o in Decalog. cap. 2. num. 19. & Merolla tom. 1. *distinct.* 1. cap. 2. *distinct.* 3. num. 88. si quis voceat, v.g. non fornicari sub pena profitendi in Religione, memor voti, sed immemor penæ, fornicetur, non obligari ad dictam penam, quia votum obligat ad modum legis, lex autem non obligat ad penam exorbitantem, quando ea pena ignoratur, seu, quod idem est, quando non advertitur. Addunt iidem, coherenter ad suam sententiam dictam num. 18. sequi esse dicendum, quando pena voto promissa, non esset exorbitans, at in nostra sententia, hæc additio non est necessaria, ut ex dictis num. 19. manifestè colligitur.

Alia similes illationes affert Merolla, quas tamen, & similes poterit ex se quispiam ex principiis allatis, facili negotio cognoscere.

Quid operetur Error, vel Ignorantia in Juramentis, vel in Votis, vide propriis in locis *infra*, cum de Juramento, & de Voto.

CAPUT III.

De Conscientia.

§. I. Quid, & quomplex sit Conscientia.

1. **N**omine conscientiæ intelligimus dictamen, seu iudicium rationis, quo judicamus aliquid esse hic, & nunc licitum, vel illicitum, seu quod idem est, aliquid esse sine culpa agendum, vel non agendum. Quapropter, quamvis iudicet quis in universum, die festo, v.g. non esse laborandum, si tamen iudicet esse hoc festivo, ad querendum cibum, laborari posse (hæc enim duo iudicia stare simul valent, cum sibi non adversentur) poterit sine peccato laborare, quia licet tunc agat adversus prius iudicium, non tamen agit contra posterius, in quo propriè consistit ratio conscientiæ, quæ est regula proxima, juxta quam suas actiones homo dirigit, quamque excipere omnino debet.

Prius iudicium aliqui vocant speculativum, seu etiam conscientiam speculativam, posterius practicam. Sed non innotior in vocibus istis, ut libet, nomen imponitur.

2. Conscientiæ autem alia est vera, & certa; alia erronea, seu errans: alia opinativa, seu probabilis: alia dubia, alia scrupulosa. Ita Thom. Sanch. lib. 2. de matr. d. 4. f. num. 2. & lib. 1. in Dec. cap. 9. num. 1. Ioan. Sanchez in selectis, d. 4. num. 4. Si enim iudicium nostrum circa aliquod agibile sit conforme ipsi rei, id est revera res ita se habeat, ut judicamus, dicitur Conscientia vera, quæ si procedat ex aliqua ratione certa saltem moraliter, dicitur conscientia vera & certa.

3. Si verò dictum iudicium non sit conforme rei, sed tamen appareat nobis verum, & certum ex vi aliqujus falsæ rationis, qua decepti certò putamus rem ita esse, dicitur conscientia erronea: ut si quis motus à re-

verentia Ecclesiæ debita, certò sibi persuaderet expuere in illa esse mortale.

4. Quod si dictum iudicium procedat ab aliqua ratione, non quidem certa, sed probabilis, id est, ex qua intellectus inclinatur ad assentiendum rem ita esse, sed cum formidine, quod pars opposita vera sit, appellatur conscientia opinativa, seu probabilis.

5. Si autem intellectus sit omnino anceps, nullamque rationem saltem probabilem habeat, per quam inclinet ad aliquam partem, dicitur conscientia dubia, seu vocatur, & est dubium, quod aliqui merito appellant dubium negativum, quia negativè se habet in illa incertitudine intellectus, nec scilicet assentiendo, nec dissentiendo: sicuti, quia non habemus rationes saltem probabiles ad iudicandum arenæ maris grana paria esse, vel imparia, verè de illis dubitamus. Quod si aliqua ratio appareat, sed non adeo efficax, ut intellectum movere possit ad aliquem prudentem assensum, dicitur etiam conscientia dubia, & rectè ab aliquibus suspicio appellatur; quia tunc, cum non pertingatur ad probabilitatem, adhuc intellectus negativè se habet ad assensum, vel dissensum: sed solum ipsa esse à longè suspicatur. Sic esset si unus testis non multum probare fidei affirmaret hanc pecuniam à se in via fortè receptam esse Pauli, & aliter infirmæ simis fidei negaret.

Quando autem sunt æquales probabiles rationes pro utraque parte opposita, licet aliqui iudicium ex illis ortum vocent improprie dubium positivum, at verè iudicium probabile utrumque est, de qua re *infra*, §. 3. num. 9.

6. Si denique, dum ex idoneis rationibus certò, vel probabiliter judicamus aliquid esse licitum, vel illicitum: nihilominus sine rationabili fundamento occurrat aliqua hæsitatio in contrariis, vocabitur, & erit conscientia scrupulosa, quæ sic describitur: Apprehensio ex levibus rationibus orta, iudicium certum, vel probabile nequaquam includens.

Jam de singulis breviter agamus, excepta prima, quæ est Conscientia certa, & vera, siquidem, si secundum illam, non operemur, non rectè nos operaturos non est ambigendum.

§. II. De Conscientia erronea, ubi de Perplexitate.

1. **Q**ui agit contra conscientiam, qua sibi persuadet, aliquid esse peccatum, licet id peccatum nequaquam sit, peccat ex conscientia erronea, sive mortaliter, sive venialiter, juxta quod iudicat: ita Vasquez, alique *passim* apud Ioan. Sanchez *dict. diff.* ut. 4. num. 1. Ratio est, quia operatur contra proximam regulam humanarum actionum, ut modo diximus §. 1. num. 1. Confirmatur; quia si conscientia tibi proponit hoc esse malum contra legem, & tu illud eligis, convinceris illud amare, plusquam legem: ergo convinceris peccare.

2. Quoniam autem conscientia erronea duplex est: Invincibilis seu inculpabilis alia; alia vincibilis, seu culpabilis, potest quis, verbi gratia, putare hoc die Dominico, non oportere Missam audire, vel ex ignorantia inculpabili, vel ex ignorantia culpabili, juxta superius dicta cap. 2. §. 6. idè sic, erit distinguendum. Si est invincibilis, obligamur juxta illam nos gerere, ut num. precedenti dictum est, donec affulgeat aliqua lux, qua moveamur ad illam conscientiam erroneam deponendam, de qua depositione mox à num. 9. Si verò est vincibilis, ni eam vincamus, peccamus, tum sequendo ejusmodi conscientiam, tum non sequendo.

3. Exemplo id clarius reddo. Si quis invincibiliter sine ulla culpa iudicet se posse, debetque mentiri, ad tuendam proximi vitam; hic sanè, periclitante vita proximi, tenetur ex dictis num. 1. mentiri: scilicet enim ageret ex conscientia erronea contra proximi charitatem: contra charitatem dico, siquidem peccatum ex erronea conscientia sumit suam speciem, ut etiam